



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

Exegesis Euangelij Ioannis XVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

so non deest peccatum. Sit deniq; vnuſquisque tardus ad iram. Vide tamen quia non dicit omnino non irascendum, sed tardos nos esse debere ad iram. Verunc dantaxat ira aut severitate utramur, quando alia confilia aut remedia, quibus à peccato extra hanc peccator fore, iuuare non possunt. Cur autem ad irascendum tardi esse debeamus, ratio est: Ira enim iustitiam Dei nō operatur. Quare? Quia cūm sit iustitia implere Dei mādata. (Implere verò Dei mādata, abilique proximi charitate nemo posse. Charitati verò ita repugnat) recte dicitur iram non operari Dei iustitiam.

Propter quod abijcent omnes immunditiam tam carnis quam spiritus, omniaque iniquinamenta vestra, & abundantiam malitiae, id est, tam prauitatem qua intus in animo est, & tunc abundat, quādo in signa, in verba, in operaq; foras erumpit, in manuetudine, non in contentione aut disputatione, suscipite verbum quod à Christo in Apostolos & inde vobis iustum, hoc est, seminatum aut plantatum est, quod seruatura saluare potest animas vestras. Beati enim qui audient verbam Dei, & custodiunt illud. Lucas 10.

EXEGSIS EVANGELII EIVSDEM

Dominice, Ioannis XVI.

Collegerat sibi Dominus Iesu discipulos, per quos colligi quoque voiebat plures alios, & per hos item alios: & hoc modo usque in finem mundi est collecturus sibi discipulos, filios scilicet suę adoptionis, quos hic ministros postea verò ciues & cohaeredes regni sui, participesq; fieri beatitudinis suę constituit. Hos ab aeterno elegit, hos prædestinavit, hos vocavit, hos denique ut salvi fiant, iustificat. Dicit enim alibi: *Ius Pater, vi ubi sum ego, & illi sunt mecum.* Et denuo: *Et ubi ego sum, illic & ministri mei erit.* Quando igitur vicinum inflabat tempus quo per mortem abiaret ad Patrem, qui misericordiam, de mundo, & quia non multo post erant cùm in hac mortali specie discipuli deinceps non visuri, prædicti charismis quos tunc haberat in mundo, suum recessum, quo non desperent cum sequentię cum eo, ybiunque fuerit ille. Ad hoc inuitat suos, non solum Apolitos, verum nos etiam ut sequamur, promittens nobis consolatorem auctorem, qui doceat & dirigat nos, spiritum sanctum. Dicit itaque.

Vado ad eum, qui me misit, & nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis,

Quasi dieceret Vos filioi mei qui de hoc mundo non estis, quia à me ele-
cti primi, elegistis me sequi, ut ubi ego sum, ibi & vos sitis. Nam à vo-
bis uita hanc formam visibilem recedo, qua haec tenus me vidistis in hoc
seculo. Non me, ut modis cernitis, post hanc habebitis, nō me ita videbitis
semper. Vado autē quidē per passionem & mortem, paulo post verò per re-
surrectionem & ascensionē. Vado, inquam, ad Patrem, & nemo ex vobis in-
terrogat me quo vadis? Interrogauerat quidem ex me Petrus, dicens: Do-
mine quo vadis? cùm abiturum ad passionē paulo ante me indicarem. Cui
respondi: Quo vado, non potes me sequi modo. Neque enim infirmitate
adibit grauati sequi me potestis, mortem propter me & mecum nunc ex-
cipien-

BBB 4

cipien-

VI

I



cipiendo. Veniet tamen tempus quo aliquid postea sequamini, putabili
præcessero, & Spiritum sanctum, cuius virtute roboramini omnes, misero,
Iam vero de ascensione loquens mea, qua iturus sum in cælum, vobis di-
co hanc adeo vobis fore manifestam, ut nemo tunc sit furvus qui me, quo
vadam interroget. Quomodo enim dubitaretis, aut quomodo interrogati
do aliquid disceretis, quod oculis ipsi tunc palam videbitis?

Sed quia haec loquutus sum vobis, tristitia impleuit cor
vestrum, Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis ut ego
vadam.

Ioan. 13.
Matth. 19.
Lucx. 16.
Ioan. 26.

Hebr. 3.
1. Petri. 2.

1 Cor. 1.

Quia haec quæ paulo ante prædixi, locutus sum vobis, puta ea quod
post meum abitum persequetur vos, absque synagogis facient vos, errant
mundo adeo exosi, adeo abominabiles, ut quisquis interficerit vos, arbi-
tretur obsequium se præstare Deo, tristitia impleuit cor vestrum. Putatis
enim quod ex meo recessu manebitis propterea desolati. Veruntamen tristi-
tiam hanc à vobis pellite. Neque enim propter ea quod à vobis abeo, tri-
tis miseriores, nec recipietis damni aliquid, sed porius commodi adseri
multum meus abitus. Nam licet iniuti tristesq; id audiatis, non possum
tamen non dicere vobis veritatem, quod expedit etiam vobis ut vadam.
Nam quamdiu vobiscum sum hic præsens corporaliter, neque Patri regis
etiam mei veram capitis noticiam. Dulcis est vobis mea præsentia corporal-
lis, quare ut filij ad matrem ad me in omnibus curritis, nihil interim
discentes rogare Patrem in Spiritu, nec ad cælestia & ad Patrem vestrum vos
orando erigitis, sed ad me tantummodo, quomodo ad hominem hominem,
curritis configuritisq;. Expedit igitur vobis ut haec forma serui, quam sen-
sualiter diligitis, auferatur à vobis, ne semper laete isto contenti infan-
tes maneat.

Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos.

Nisi abiero à vobis, nisi in qua requiescitis, carnalem meam vobis præ-
sentiam subtraxero, paracletus non veniet ad vos. Quamdiu carnaliter me
esuritis, tamdiu spiritus capaces non esitis. Apostoli in Christi præsencia
corporali toti quiescebat, & in illum omnem sui transferebant curam
gaudentes in squisima illius allocutione, conuersatione & eruditione.
Volebat autem Dominus Iesus eos habere perfectiores, ne secundum kum-
nitatem tantum se amarent, & in hac sociali conuersatione fiderent sibi,
hocest, Christo: sed (ut factum est, post eius ascensionem) discerneret recur-
rere ad Deum, suas ibi necessitates & sollicitudines offerentes, orantesq;
crescerent in spiritu. Voluit eos fieri ambiguos in agendis, recurrere ad De-
um, sese illi commendare, illi fidere, illum rogare, ab illo exaudiri, atque
Christum quoque non, ut ante, carnaliter cognoscere, hocest, secundum cur-
iem, sed spiritualiter. Erat enim Christus dulcis, mitis, benignus, amabi-
lis, secundum humanam conuersationem, iuxta humanum modum amandi
illum suauissime diligebant Apostoli, illisq; inhærebat: quare altius se ad
puriorum diuinitatis contemplationē erigeret non poterant. Eam ob rem
dixit, quod verum erat necessarium fore ut illis Christus sub specie sub-

trahatur
gnosis
Deum
quam
diren-
prius
tuales
diuina
non p-
es, vis
darur
functio
ton d-
circa A-
quam
pax ac
Domin
ritur
nem, si
flos S-
optane-
Si
He
Cogni-
benefi-
mit, si
stra, q-
found-
hinc
ethic
mundi
validi
regno
teatio-
tres in
junctio-
tates, p-
tolane-
sib;,
forter-
super-
subiung-
iaque-
nem
bus le-
diabo-

itatur humana, ut iam non secundum carnem, sed secundum spiritum cognoscant ac diligenter Christum, non tanquam hominem, sed tanquam Deum. Sed videndum hic, si Christi visibilis aspectus, eiusque conuersatio quilibet sancta, tamen adhuc humana, erat Apostolis occasio, qua impedirentur recipere Spiritum sanctum, quomodo non impedit nos vel proprius amor, & aut naturalis aut sensualis erga creaturas, quo minus spirituales efficiamur. Si inquam, ut verbis diuini utar Bernardi, Apostoli carni *Bernard.*
 diuinæ adhærendo eius quæ sancti sanctorum erat, Spiritu sancto repleri non poterant, quid tu qui carni tuæ quæ sordidissima est, ita conglutinatus es, ut recipere Spiritum sanctum? Delicata certè est diuina consolatio, nec datur admittentibus alienara. Sed dicit quis: Christus nō potuit Spiritum sanctum dare in his terris? Potuit quidem, sicut & in die Pascha fecit, sed non decuit ut in illa plenitudine daret, qua dedit in die Pentecostes. Nam circa Apostolos obstat impedimentum, quod eorum erga Christum amor, quam ambularet inter eos, et sensualis quodammodo, idcirco minus capax ad recipiendum Spiritum sanctum, præterit in ea plenitudine, qua post Domini ascensionem illum receperunt. Decebat quoque ut non daret Spiritum sanctum Dominus Iesus, nisi passione consummata post resurrectionem, cum iam fuderet Christus in sede regni. Quomodo enim daret Apostoli Spiritum sanctum nondum fuso sanguine quo erat redimendi acadopandi? Sequitur itaque:

Si autem abiero, mittam eum ad vos.

Hoc est, faciam vos spiritualiter vivere, & de me veram fidem habere. Cognoscenda hic est gratia Domini nostri Iesu Christi, & pro magno est beneficio habendum, si quando terrenas nostras consolationes nobis adiunxit, fidelinqui tollit occasiones. Videmus nangue quæ sit malitia nostra, quanta delinquendi pronitas. Heu quantum fallimur, & cupientes de mundo aliquid habere, & spiritu nihil amittere. Certè mundus & caro hic in regione sua versantur: spiritus autem hic peregrinatur. Non *Spiritus ho-*
est hic eius patria. Quare cùm tres habeat hostes, puta dæmonem, carnem, mundum, & horum cuius extra diuinam protectionem, quam spiritus, sit *minis ut ha-*
beat tres ho-
validior, quando iam vbi tres hic domi sunt, vbi roboretur tanquam in regno suo, spiritui aduersantur, quæ spes, nisi diuina adesset & gratia & pro- tectio, spiritu esset victoriz? Roboret autem Deus spiritu ut hostes hos tres in ipsorum proprio regno conterere & prosternere valeat, modò sibi ipsi non debet. Aufert enim occasionses unde caro infolebit, mittit infirmi- tates, persecutions, captiuitates, passionesque, quibus carnis atteritur pe- tulanta. Subiugat hunc hostem spiritui. Viribus enim exhausta caro afflita, quid rebellare potest? Deinde alium hostem eneruat, quo spiritus cō- fortetur. Nam paupertatem & contemptum dans homini, quo vana gloria superbiac̄t prosternatur, quid aliud facit, quam ut mundum faciat spiritui subiugari, aut (ut verius loquar) ut faciat à spiritu mundum contemni? Si itaque hac accommoditate uti voluerit spiritus, ut ea que fibi in sui unctionem Deus administrauerit, ipse quoque in robur sui conuertat, facile duobus his hostibus præualebit. Quibus certè cuiusvis non haberet hostis tertius diabolus, quo laderet spiritum, carne subiugata, mundoque spredo. Utitur enim CCC

enim ille incitans suis ex carne & mundo, quibus impugnare aut falere spiritum molitur. Nos verò cùm deheremus omni vigilancia corpora nostra mortificare, cùm omnia quæ sunt mundi, à nobis, id est, ex animo nostro deberemus proficere, sumus amatores carnis nostræ & mundi, blanditum earni, & mundus nobis blanditur: idcirco manemus semper impugna, nunquam victores. Manet nobis nostra infirmitas, nec nobis ipsi vni inferre possumus. Cæterum quomodo gratias non agemus Deo nostro, à ipse, licet per tristissima quæque, nobis, hoc est, spiritui subiugat carnem, mundumq; reddet à nobis alienū? Et quid interea magis sperare nobis licet, quām ut subiugatis & in captivitatem redactis his, Spiritus sanctus detur nobis? Cōsultissimum igitur est Deo semper reignatum esse eius se prouidentiae committere, de eius manu cuncta suscipere, & quicquid illecepte permisserit, utilissimum credere. Certissimum namque est ad ipsi possidendum perfectionem, qui in delitiis vivit, qui carnis & creaturarum amore tenetur, & qui in externo adhuc homine moratur. Omnia via xta interiore vivat hominem necesse est, quisquis ad perfectionem adhauerit. Est enim interna vita pijs omnibus adeo necessaria, ut sine illa spiritualis vita nec esse, nec possit amari. Impossibile est quoque vni abhærere, qui multis intendit.

Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia verò, quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

De tribus arguet mundum Spiritus sanctus. Primo arguet de peccato infidelitas, hoc est, de omnibus peccatis. Nominando enim cunctorum peccatorum radicem & securitatem, infidelitatem. scilicet omnia nomina peccata. Neque enim nullum peccatum deleri potest, aut non argui, vbi sit infidelitas. Sane si de impossiblytate est placere Deo, Et quamdiu infidelitas manet, omnia peccata manent. Quia, inquit, non crediderunt in me. Non credendo autem omnia eorum peccata manent super eos. Secundo arguet mundum de iustitia, non de iustitia quam homines sunt mundani operas, sed de iustitia Christi, quam videntem non sunt imitati. Christus enid docens eos iustitiam, hoc est, iuste vivere, non est auditus. In hoc autem manifestata est Christi iustitia eiusq; prædicatio esse vera, quoniam ad Patrem vadit, à quo haudquaquam foret cognoscendus, si mendax, si iniquus esset propheta. Modus verò iustus inuenitur, quia ad calum ascendit, gloriosus. Potest etiam dici mundum argui, de iustitia credentium, quos noluerunt impij imitari credendo aut bene vivendo, sed magis despere & ridere. Arguet tertio mundum de iudicio, quod non expauit, cum ex principe suo diabolo iam merito disserent, quantum timere deberent, quem vident iam iudicatum. Vnde suum æque habent expectare iudicium cum illo.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare.

Coloss. 3.

*Infidelitas
quale sit pec-
catum.*

Hebr. 10.

*De qua iusti-
tia arguen-
dus fit mutu-
das.*

*De quo iudi-
cio arguen-
dus fit mutu-
das.*

remodo. Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Adhuc multa habeo vobis dicere de credendis, de regimine Ecclesiae, de mysterijs docendis atque tradendis, de statu futuri seculi, & de consummatione seculi. Verum non potestis portare modum. Etsi enim inepti, pleni militia & formidine ad audiendum. Accedit quod quamdiu vobis non est studiū necessaria, parvus attenditis. Veniet tempus cum ego vobis subtraui fero, tunc in vos intrabunt ambiguities, orienturq; in cordibus vestris questiones, quibus soluendis necessarium erit, ut vobis adsit Spiritus sanctus, qui est spiritus veritatis, hoc est, doctor & fons veritatis, & ille sicut docebit vos omnem veritatem. Nec sua tantum, nec a Patre & a medietate Receptus Christi curatur omnibus necessarium est ut vadam, pro vobis paciar, vos redimam, futius vobis resurgam, coram vobis in cælum ascedam, indeq; Spiritum vobis sanctum mittam, qui vos illuminet, confortet, dirigat, mundumq; arguat, hoc est, vos impleat, vobisq; scientiam, animum & discretionem arguendi mundum tribuat. Vos enim estis, per quos mundum arguet Spiritus sanctus. Quapropter ante vobis dixi non timere aut premeditando auxiliari quid loquamini. Dabitur enim vobis Spiritus, dabitur vobis os & sapientia, cui non poterunt contradicere omnes aduentus vestri. Ad obtinendum igitur Spiritum sanctum & nos charissimi ad interna confugientes, & delicta nostra lugentes viuamus casti, pii, amictiles, & tam ab omnib; affectione mala puri, quam ab inutili occupatione liberi.

Non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audierit loqueretur, & quæ ventura sunt, annunciat vobis.

Quomodo Spiritus sanctus non est a semetipso, sed a Patre & Filio, ita quoque potestatem, scientiam, & quicquid habet suscepit a Patre & Filio. Dicitur igitur. Non enim loquetur a semetipso hoc est, non vos illuminabit per allocutionem internam virtute conscientia non recepta, sed a Patre Filioq; sibi communicata. Caeuta ne putas propterea minorem Spiritum sanctum quam Patrem & Filium, quoniam sancta Trinitas una est natura, una essentia, una virtus, unaq; potestas. Loqueret vobis id est, Ecclesia & universitas Ecclesie promittit, non solum Apostolis, sed vniuersitate Ecclesie promittit, cui usque in finem mundi loqueret per inspirationem, quæcumque audiuit a Patre & Filio ab eterno processionis sua a Patre & Filio. Nunquam igitur deseret Ecclesiam suam cui inter ambigua reuelar veritatem. Nec dubitandum est de eius veritate, quandoquidem non Iohann. 8. alia quam Pater & Filius loquitur. Spiritus vero malignus ex proprio prophetice loquuntur, quia quicquid loquitur, ex mendacio loquitur, qui est mendacij patitur. Et quæ ventura sunt, annunciat vobis. Ostendit Apostolos futuros prophetas. Nonne Apostolo Iohanni in eo vniuersitate Ecclesie futura Apocalypsis eius testatur? Quam multa item Petro 2. Pet. 1. Thess. 4. Rom. 2. & alijs Apostolis, puta de vocatione & purificatione gentium, de nouissimis quoque temporibus reuelata sunt? Quam multa denique Paulo de 1. Corin. 13. anno aduentu Christi, de Antichristo, de iudicio, de cena quoque Domini,

nica, & ritu Eucharistiam sumendi revelauit Spiritus sanctus? Aliaque alii multa, quæ non scribendo, sed loquendo nobis tradita sunt, & per successorum antecessorum nostrorum ad nos usque venerunt.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi. Quia de meo accipiet, & annunciat vobis.

Spiritus sanctus Christum clarificauit (quomodo de eo hic Christus predicit) implens Apostolos, disertosque eos faciens, ut absque timore loquerentur, in eius nomine signa facerent & miracula, quibus Euangelium predicationi & divinitati attestarentur. Ille, inquit, de meo accipiet, efficiat & sapientiam bonitatemque à me procedendo eandem habens, & annunciat vobis, puta omnia quæ vobis, scitu necessaria sunt, quae a regimur pertinent Ecclesia. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Eadem enim & ipse habeo, quia nobis una est essentia, una Deitas, & una natura. Cum igitur ab utroque procedat Spiritus sanctus, dixi propere, quod ille de meo recipiet, & annunciat vobis. Itaque charissimi, ut sua presentia nos dignetur Spiritus sanctus, sumus puri & immaculati corde, & sicut corpore viuentes in dilectione & obedientia Domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO I. DE EADEM DOMINICA.

Quæ sit Christi via ad hominem, hominisque resūs ad Deum.

Vado ad eum qui misit me, Ioannis XVI. Nulli dubium esse potest misum esse Dominum ad oves, quæ perierunt domus Israel, ac minimus ambiguum, Saluatorem in mundum venisse ad saluandos eos omnes, quotquot vel ex gente Iudeorum vel paganorum prædestinati sunt ad viram. Cur enim venit medicus, nisi ut sanet ægrotos? Cur venit Salvator, nisi ut saluet, eos scilicet qui percurent? Missus igitur est Dominus in mundum Salvator, non ut iudicet mundum, sed ut saluet mundum per ipsum. Vena via faciat populum suum à peccatis eorum. Itaque ad nos venit Christus, & procer nos venit, ut se ad nos reduceret. Nusquam nobis bene est, nisi cum illo. Nulla enim res esse quieta potest nisi finem ad quem creata est, & quem naturali instinctu querit, adepta fuerit. Cum finis itaque sit hominis elecsum Deo, non satiabitur unquam, quamdiu cum illo non fuerit. Christus autem misericordissimus videns hominem suo priuari fine, nec posse hunc obtinere eundem, quo ad Deum suum perueniat, venit ipse ad hominem, ut hunc doceret modum & viam veniendi ad Deum. Ostendit ei viuenda modum in seipso, quem imitteret qui cupit seruari. Nec viam modumque sequendi solus ostendit, sed iuuat præterea infirmitatem nostram, allicit volentes, ducit eunes, excitat nolentes, titubantes regit actentes, hastantes trahit. Postremo seipsum exhibens viam, *Ego sum, inquit, via, veritas & vita.* *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Videamus igitur quo iuit. Illuc enim tendere nos oportet, si volumus sequi. Nempe ad Parrem uuit, ibi inuenimus eum. Sed quomodo dicis, illuc perueniemus? Certe ambulando eius vias,

Matth. 5.

Ephes. 1.

Ioan. 1.

Matth. 3.

Augustin.

Finis homi-

nis quis sit.

Ioan. 14.